ii. dcccc.xciiii. Haec erit et trite hyperboleon enarmonios. discriptum est igitur secundum tria genera tetracordum quod est hyperboleon cuius formam subter adiecimus.

NETE HYPERBOLEON	LL	ii	ccc.iiii
PARANETE HYPERBOLEON	NN	ii	d.xcii
TRITE YPERBOLEON	EE	ii	dcccc.xvi
NETE DIEZEUGMENON	DD	iii	lxxii
NETE HYPERBOLEON	LL	ii	ccc.iiii
PARANETE HYPERBOLEON	NN	ii	dcc.xxxvi
TRITE HYPERBOLEON	FF	ii	dcccc.xvi
NETE DIEZEUGMENON	DD	iii	lxxii
NETE YPERBOLEON	LL	ii	ccc.iiii
PARANETE HYPERBOLEON	NN	ii	dcccc.xvi
TRITE HYPERBOLEON	EE	ii	dcccc.xciiii
NETE DIEZEUGMENON	DD	iii	lxxii

huius semitonii differentia est clvi que octies decies ducta reddit ii dccc vi minus scilicet a ii dcccc.xvi. c viii. Novies decies vero ex crescit. reddit enim ii dcccc.lxiiii. ubi abundant xl viii

RATIO SUPERIUS DIGESTE DISCRIBTIONIS.

Tria igitur tetrachorda tali nobis ratione discripta sunt. Tetracordum enim omne diatesseron resonat consonantiam. Igitur nete hyperboleon et nete diezeugmenon in tribus generibus, id est vel in diatono ut in cromate ut in enarmonio diatesseron continet symphoniam. Diatesseron autem consonantia constat duobus tonis et semitonio minore. Id hoc modo per singula genera in supra scriptis tetracordis divisum est. In diatonico enim genere primum paranete hyperboleon, id est ii. dxcii. ad neten hyperboleon, id est ii. ccc.iiii. obtinet distantiam toni, quod tali notula inscripsimus. ‡. Rursus trite hyperboleon diatonici generis, que est ii. dcccc.xvi. ad paraneten hyperboleon diatonici generis, quae est ii. dxcii. rursus obtinet differentiam toni, quam simili notula insignivimus. ‡. Nete autem diezeugmenon ad triten hyperboleon, id est iii. lxxii. ad ii. dcccc.xvi. semitonium refert, quod tali notula signavimus. ‡. Et hoc est totum spatium netes diezeugmenon et netes hyperboleon duorum tonorum ac semitonii. Sed idem duo toni ac semitonium in chromatico genere hac ratione divisi sunt. Secundum enim genus quod est chromaticum hoc modo descriptum est. Paranete enim chromatice hyperboleon, quae est ii. dcc.xxxvi. ad neten hyperboleon, quae est ii. ccc.iiii. comparata continet spatium paranetes hyperboleon diatonici generis ad neten hyperboleon, qui est unus tonus, id est duo semitonia, maius ac minus, et divisum rursus spatium paranetes hyperboleon diatonici et netes hyperboleon; ita enim